



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



4<sup>o</sup> Sill. 3649 (15.)

c. 7.  
Q. D. B. V.

757.

757.

MEDITATIONES JURIS NATURA-  
LIS ET PUBLICI

DE

JURE S. R. I. PRINCI-  
PUM PROPRIOS TITU-  
LOS AUGENDI,

QVARUM

DUAS EXERCITATIONES

Mens. Januar. & Februar. Ann. MDCCII.

IN

ACADEMIA NORICO-ALTDORFINA  
HABITAS,

PRÆSIDE

DN. ADAMO BALTHASARE  
WERNERO,

JCTO, Seren. Ducis Saxo-Weissenfels.  
Consiliario, ac Pandect. Prof. Publ.

Dn. Praeceptore ac Hospite etatem venerando;  
Publicæ ac placidæ commilitonum disquisitioni subjicit,

JOHANNES PHILIPPUS SCHNEIDER,  
Halberstad. Saxo.

---

AltdorfI Noricorum,  
Typis Jodoci Guilielmi Kohlesii,





## PRÆFATIO.

**D**um aliquod tractenus exultarum literarum specimen edere jubeor, non possunt non satis mihi movere yaria Doctorum monumenta, de Regio Auspicio *SERENISSIMI*  
*Atq; POTENTISSIMI PRINCIPIS*  
*ac DOMINI, DOMINI FRIDERICI,*  
*PRIMI REGIS BORUSSIAE, ELECTORISq;*  
*BRANDENBURGICI &c. &c.* Domini mei longè *Clementissimi*, luci publicæ exposita. Hæc enim, cùm Augustam ejus Majestatem devote venerantes mentes satis superque demonstraverint, ideo me quoque, tum privatæ, tum publicæ jurisprudentiæ litantem, omnino decere videbatur, iura Maximo meæ patriæ Patri asserta, ab Eoq; feliciter exercita piè inquirere, submissè agnoscere, aperè profiteri. Nec terruere animum, isti inquisitioni se accingentem, plures de pedantismo accusationes, in homines, utut privatæ conditionis, de regia tamen sede votum dicere non erubentes, sæpius intentatæ. Nam, licet de particularibus aularum negotiis, executioni impostorum forte mandandis, quatenus ad solam prudentiæ regulam sunt examinanda, publicas in auras emissæ scripto statuere, nemini privato sit integrum, nisi invocatus Consiliarius Censorque, Pedantismi macula se conspurcare intendat:

tendat : Nihilominus tamen de meris iustitiæ quæstionibus, purpuram attinentibus differere, scholis Jurisconsultorum, utpote jurium publicorum expositionem sibi jure vindicantium, merito indultum est ; Imo de generalibus prudentiæ aulicæ fundamentis, nec non de gestis à Summis Imperantibus, prout secundum prudentiæ præscripta defendenda veniunt, juventam consiliis publicis præparandam, diligentius erudire, non ultimam forte constituit partem, tot votis desideratae Academiarum emendationis.

Sicut ergo aliqua generaliora , de acquirendo regiæ similisque dignitatis fastigio , præeunte Academicorum. Præceptorum fidelitate, haurire me juvit : Ita illa, glorioſa Regis Boruffici Inaugurationi facillimè applicanda, vel ideo Iubentius jam chartis trado , quod in isthoc Auspicii Regii argumento hucusque versatos non deprehenderim, nisi obiter quasi suscepta contemplatione , lumina sua flexisse ad S. R. I. Principes , & ad pertractionem eorum , quæ ipsis singulis cum vel sine Consensu Augustissimi Imperatoris & Membrorum reliquorum Imperii , circa titulos suos tentare fas est. Scilicet assumptio , mutatio auctioque titulorum Imperantibus asscribi solita , in universum duabus disquisitionibus , partim secundum jura naturalia, suam vim etiam in Rerumpublicarum pactis , ut audiunt, fundamentalibus exerentia , partim secundum prudentiæ scita ( non aliæ enim leges Imperantium sceptrâ moderantur , ) instituendis atq; ad Principes Imperii utique etiam transferendis absolvitur ; quarum altera est : An ; altera : Quomodo , & speciatim quibusnam annuentibus illam suscipere aut oporteat , aut liceat ? Et prior quidem quæstio , fundamentis memoratorum jurium naturâ cognitorum reste jaētis , quæ nempe ardente D E I cultu & sincero sui ipsius proximiq; amore compendiose exprimuntur , non obscuræ decisioni patet.

patet. Haud operose enim perspicias, quatenus magnificientia novi tituli, utpote in se nec præcepto nec prohibitioni obnoxia, illorum præceptorum exactæ restitutidini nil derogat, & in primis quatenus vicinis subditisque nullum præjudicium attrahit, illam ab homine, neminem superiorem in terris agnoscente, sed tamen citra elati animi fastum, assumi posse, hocque tunc eò commodius procedere, quando ditiones, tituli novi pompæ continuandæ pares, & forte jam olim Imperio aliorum, simili titulo usorum pressas, quis est nactus: Hoc, inquam, recte tum fieri quilibet sani pectoris fatebitur, modo non specialissimæ prudentiæ cautelæ, ejusmodi mutationis libertatem modestè coerceri exigant. At vero altioris est indaginis, ex fancitis naturalibus prudentiæq; monitis eruere, quorumnam consensum ad ejusmodi novitatem explorare conveniat, & præsertim, quid Principes Imperii hâc in parte cum aut sine Imperatoris Constatuumque assentiente decreto jure vel prudenter audere valeant. In hoc ergo posteriore quæsto vi- rium mearum periculum facere, & adeo generalibus legum naturalium prudentiæque Principiis, juris publici hypotheses superstruere, mens est animi; ita enim fundamentaliter præsentis rei gravitatem non posse non expediri mihi certo persvasum habeo. Eapropter tres harum meditationum sectiones in sequentur, in quarum prima enucleatos thematis terminos, in secunda generalia ejus tractandi fundamenta, eaque præcipue ex puro juris naturæ fonte petita, in tertia illorum applicationem ad Principes Imperii, ordine, ut arbitror, rationis lumini maximè congruo, sistam.

Non autem est, ut exemplorum copia paginas hasce refertas reddam, cum & eadem alii\* laudandâ antehac coa- cervaerint industria, & de jure responsa impertinentibus,

*ex legum placitis, ponderibusque rationum, non exemplorum multitudine judicium sit ferendum.* Tu L. B. fave in illustri materia audacter occupato calamo, & vale.

\* Vid. *Dissert. de Auspicio Regum*, Hale Preſide Dn. Prof. Ludovic. & Respondente Dn. Stöffer de Lilienfeld, An. 1701. Mens. Januar. habit. ubi paſſim præſertim *integro cap. 3.* Duces & Principes adducuntur, qui propria auctoritate Regis titulum assumere, imo iterum depoſuere, ac interdum contra plurimum renitentium contradictiones maleſe defenderunt; vid. ſpe. iatim de Ducibus Britaniz minoris *ibid. p. 31.* ibique citar. Argenter. Bouchard. Belcar. Badin. Addatur de Sveciz Regibus Bergero & Stenone, itemque de Bohemiz Regibus, Ducis ap-pellationem præ Regis nomine eligentibus, *ibid. p. 36.* juxta allegator Kranz. & Loccen. Goldaſt. & Boregk. De Henrico VIII. Angliz Rege titulum Regis Hiberniz assumente *ad eam Dissertatio p. 132. seqq. tractat.* Quibus paria habet Illustris Auctor scripti, cuius rubrum: Beſtand der Würde und Crone des Königreichs Preuſſen / p. 6. ubi Rudolphum, Comitem minoris Burgundiz ex Reginone ad annum 888. & ex Francisc. Grilimann. Orig. Habſburg. ad annum 894. nec non Rogerium Regem Neapolitanum, ac Boleslaum Ducem Poloniz. ex Otton. Frising. lib. 6. Cbron, hoc nomine commendat, quod ipſi pro- prio motu Regium titulum assumerint. Idem scriptum refert, Phi- lippum II. Regem Hispaniæ, filiam suam Catharinam Carolo Ema- nueli Duci Sabaudiz despondentem, filio primogenito istius ma- trimonii ſimul pacto caviffe, quod Ducatum Mediolanensem acci- pere, illaque, una cum territoriis Pedemontanis, Regis Lon- gobardiz tanto ornatus, imperare debeat; licet ea promissio ef- fecit ſuo ideo caruerit, quoniam à Catharina iſta edi- tas Princeps in Hispania mox iterum deceſſit,



Se-

## Sectio I.

## Exponens Rubri Terminos.

## S. I.

**E**tiam si Principes Imperii, non nisi ex dignitate quadam præminent, si absolute spectentur, astimari gaudent, ut adeo illorum Classi etiam Apanagiatos aliosque accenserit contingat, quibus denegatum est jus in Comitiis Imperii comparendi & deliberandi, conf. Schröder. Intrad. ad *Jus publ. part. spec. sect. 2. c. 7. S. 2.* qui Sigismundum Bathorium, Principem Transylvanicæ, Carolum Mansfeldium, Radzivillo &c. hoc nomine allegat; Nos tamen de eo Principe, qui simul Statuum Imperii numerum auget, partim ob famosiores istius tituli significatum, partim ideo tantummodo in rubro accipi volumus, quod non facile exempla Principum Imperii non -Statuum, titulos suos cum præjudicio vel vero vel apparente Reipublicæ Romano - Germanicæ augmentum, experientia sit exhibitura.

## S. II.

Ut ergo S. R. I. Status accuratum conceptum, ex recentioribus Patriæ legibus, in primis ex *Instr. Pac. Osnabr. art. 3. S. 1. 2.* itemque *Capit. Leopold. art. 3.* haurire licet, quod nimurum sit persona vel universitas, quæ superioritate territoriali, nota illa potestate, ut ut eximia, attamen secundum leges Germanicæ fundamentales, per potestatem Imperatoris totiusque Imperii, (quam suo modo ut superiorem singuli Status reverentur,) certos intra limites conclusa gaudet, & propter hanc accendentemque hactenus servatam conservandam, jure secessionis ac voti in Comitiis Imperii universibus clara est, ordinarieque illius oneribus communibus subiectus; conf. *Tit. Specim. Jus. publ. b. 2. c. 4. S. 21. seqq.*

ita

Ita Status , quem simul specialis Principis Imperii prærogativa ultra alios evexit , reputatur summo eo in gradu constitutus esse , quem obtinent præcipua Germaniæ , imo exterrarum etiam Rerumpublicarum & Regnorum membræ , ut ita à nemine , nisi ab Imperatoris , Regis , similibusque officiis fungentibus dignitate vincatur . Nempe nudæ & solius sine officiis concuriu reperiundæ dignitatis supremum Cacumen est dignitas principalis , unde & Regum filii principum insigniuntur titulo . Ex hac ergo honoris excellentia Imperii Principes id consecuti esse videntur , ut primaria semper potestate inter Germanos fuerint conspicui , maximaque officia Ducum , Comitum Palatii &c , gesserint . Conf . Cocej . Prud . Jur . publ . c . 15 . S . 5 . seqq . Quare ut & hodie ejusdem dignitatis splendorem congrue tueantur , non tantum optantes inter Status Principes referri , ad territoria ampliora , quæ deinde Principatus nominari moris fuit , habenda vel comparanda sunt obstricti , sed etiam postea inter eosdem recepti , viritim & singuli , non vero tantum curiatim , in Collegio Electorali vel Principum vota sua exponunt , confer . Cocej . d . S . 5 . n . 8 . qui & alias Principum prærogativas , quæ præ aliis Statibus illis sunt , recenset ; add . Schwed . d . c . 7 . S . 2 . ubi requisita spuria Principis Imperii à Commentatore Speculi Saxon . l . 3 . art . 58 . allata , & rejicit & alia substituit .

### S. III.

Non igitur est , ut vereamur , Prælatos , Comites non-Principes ( nam Comitum & Prælatorum Principum paragrapho sequente injicietur mentio ) nec non Barones Civitatesque Imperii , utut omnino Statuum appellatione in publicis documentis veniant , nec non superioritate territoriali , una cum sessione ac voto in Comitiis Imperii fruantur , cum laudatissimis Principibus iri confusum . Præterquam enim , quod dicti Prælati , Comites & Barones curiatim tantum vota

vota ferant, confer. omnino *de quatuor Comitum scannis Schwed. dist. part. Spec. sedt. 2. c. 8. S. 5.* ac Civitates Imperiales non in consilio Electorum aut Principum, sed peculiari in Collegio consultationes instituant; cui insuper ignotum est, status istos omnes dignitate Principibus minores estimari, nec territoria latiora, paucis exceptis, possidere, & per defec-  
tum aliarum prærogativarum à Principibus satis superq;  
distingui? Quamvis autem his queque Statibus non desit  
quandoque ansa augendi suos titulos, & à nobis propo-  
nenda illorum etiam Ordinibus accommodari nil prohibeat;  
Cum tamen ipsis circa assumptionem novorum titulorum,  
quos secundarios infra nuncupabimus, sæpius solum la-  
boretur, ac ideo magnum Imperii præjudicium ex hujus-  
modi titulorum mutatione, in primis Augusto ejus Capite  
in ipsam consentiente, raro aut nunquam oriatur; hinc  
nostrarum Meditationum Inscriptio tantum Principes Im-  
perii loquitur, utpote quibus, si non frequentior, tamen  
majus momentum Imperii rebus afferre apta occasio ap-  
petendi majores titulos, sese præbere solet.

## S. IV.

Constat vero ex descriptione S. R. I. Principum præ-  
misâ, nobis eorum notatione comprehendî omnes illos,  
quorum maximæ dignitati vel nullum, (quales solitarie Prin-  
cipes appellantur,) vel aliquod officium annexum inve-  
nitur, ut sunt Archi-officia Principibus Electoribus con-  
cessa, qui eorum intuitu quoque tum eligendi Imperatores,  
tum simili potestate sunt conspicui, *add. Coccej. d. l. c. 10. 12.  
13. 14.* Eadem ratione præfens thema Duces, Comites Pala-  
tinos, Landgravios, Marchiones, Burggravios respicit, quæ  
nomina officiorum olim fuere, suntque adhuc expeditio-  
num obligatione antiquata residua, *conf. ibid. c. 15. S. 1. - 17.*  
*Nec modò secularibus; sed & Ecclesiasticis, v.g. Archi-Epi-*

Episcoporum, Episcoporumque officiis præfetos, (unde Principum Ecclesiasticorum & Secularium, sciam norumque ab illis denominatorum profluxit diversitas,) Iato Principum Imperii vocabulo hic concludi volvimus. Sic enim usu vulgaris istud hodie adhiberi, experientiam testem accepimus, add. Beumann. *Notit. Dignit. Diff.* 7. c. 1. §. 1. 2. quamvis nec vetus loquendi ratio à recentiori hac in parte abluferit, ut pote qua Electores Archi-Principes inscribi in *Notit. Ordin. Imper.* discere est ex *Goldast. Proœm. Tom. I. Constitut. Imperial.* add. *Edict. Sigismundi Imperat. de incompetent. Concil. in judicandis causis Principum Imperii* §. 2. & *Rescript. de Anno 1434. ad Concil. Basil.* ubi legitur: *Habita diligenti Episcoporum, Abbatum, Archiprincipum &c. Examinatione.* Quid? quod Prælatos, Abbates & Comites Principes hinc exclusos nolimus. Nam multi Abbates & Prælati, ob excessum reverentiae Clericis olim præstitæ, ad deliberationum Imperialium indicatos Conventus, ut in illis sententiam instar Principum dicerent, sunt admissi, *Conf. Adelhard. de Ordin. Palat.* citat, a Schmed. *Part. gen. c. 4. §. 7.* add. eundem c. 6. §. 2. ne non §. 10. ubi recensionem hujusmodi Abbatum ac Prælatorum instituit. De Comitibus autem Principum jure similiter utentibus, vid. *Rec. Imper. de Anno 1654. in subscript. Limn.* enucleat. l. 2. c. 15. n. 26. *Meibom. Rer. German. Tom. 3.* fol. 280. *Sinold. Schüz. l. 1. tit. 8. pos. 7.* Cœterum horum omnium Jus circa amplificandostitulos occupatum, spectandum est, five terras tantum Imperii, five etiam alias suo Regimini adscriptas teneant, illarumque aut harum intuitu titulorum augendorum desiderio capiantur.

## §. V.

Porro, ne vocis *Tituli* homonymica consideratione scholastico ritu tempus teramus, illud solum impræsentiarum prætercundum non est, id nominis maxime frequenti, quem

hic

hic quoque amplectimur, significatu exprimere terminum, qui character est alicujus veræ aut simulatæ existimationis, h. e. opinionis, quod alicui nonnulla insit præstantia. Ut enim laudes, encomia &c. integro propositionum aut orationum corpore absolvuntur, ita conceptum tituli unicæ nomine aut adjectivo contentum esse, quis ambigat? Consuetudo autem loquendi duorum generum titulos exhibet. Alii enim per se indices sunt dignitatis, aliquando cum officiis ac potestatis præstantia conjunctæ; alii ex his propullulant, ac fere adjectivis aut abstractis efferuntur: prioris enim conditionis prædicata individuo nexu comitari moris est, non tantum magnum externi splendoris, honoris, ceremoniarum, in primisque præcedentia decus, sed etiam titulos alios adjectitos. Sicut ergo hos *Secundarios*, ita illos *Primarios*, libertate philosophandi fretis, dicere sedet; utrumque vero exempla, nuncupationes *Serenissimi*, *Majestatis*, *Excellentiae* &c. (qui tituli sunt secundarii,) itemque *Regie*, *Ducis* &c. qui sunt primarii, suppeditant.

## S. VI.

Hanc Tituli delineatam indeolem, citatorum exemplorum, nempe *Regis* ac *Ducis*, pari illustriorem reddituri, eadem exactiore animi lance ponderabimus. Regibus enim annumerare communis nationum stylus solet, non modo ob officium imperandi, quo funguntur, sed etiam ob magnam sui potentiam, ingente dignitate præditos. Duces autem populi Europæ vocitant, forte in Republ. quadam dignitate præ ceteris Optimatibus pollentes, & tanquam ejus capita, saltem quo ad splendorem externum æstimandos, licet forte interna potestatis civilis vi destitutos, quales Duces *Venetiae* & *Genua* colunt, conf. post *Ferrar. Vultej. de feud.* l. 1. c. 4. S. sunt etiam ultim. Non tamen inficias ire licet, aliquando Regum nomine, ob latitudinem terrarum illos mactari, quibus in

quadam Aristocratica Republica per multas regiones extensa, cum aliqua limitata potestate, Concilio regenti praesidendi honor contigit, & vice versa Ducum appellationi saepe acquevisse eos, quorum monarchico arbitrio brevius terrae spatium paruit; (*conf. notam prefationi annexam.*) ut ne tædiosa repetitione S. R. I. Duces, una cum Rege Romanorum, electio illo Imperatoris Successore, in medium producamus. Certe ut varia significatione Regis & Ducis vocabula, gentium linguis usurpari, ex hisce liquet, ita minime neges, Regium titulum primariò niti absoluto imperandi jure ac officio, adeoque nil obstat, ne parvas terras monarchicè gubernantes, ad externa Diadematis similiaque insignia, si praesertim iis sustinendis provinciarum subjectarum convetæ contributiones sufficient, (*hic enim defectus opum, sceptro ritè gerendo necessiarum, ejusmodi minorum territoriorum Monarchs unice, ut videtur, Duces, non Reges esse jussit,*) feliciter adspirent: Cur, inquam, veri Monarchæ Reges non facile evadant?

### S. VII.

Evidem seculi genius augmentat titulorum secundariorum tunc etiam sollicite non aversatur, quando major dignitatis gradus illa non praecedit; quoniam tamen ex vano isto cum titulis lusu, ingens Imperii præjudicium vel raro vel nunquam exsurgit, & insuper primarii tituli reliquorum genuina sunt scaturigo, ideo de his, sive cum officio potestateque crescente, sive sine eo recenter assumantur, agere nostri laboris principale erit institutum; de secundariis tamen necessaria quoque intacta relicturi non sumus.

### S. VIII.

Jus autem Principum Imperii circa suos titulos dum diligentius rimari placet, patescit, nobis animum non esse explicandi, aut submisæ reverentia aut blandæ adulationalis

lationis formulas<sup>3</sup>, quibus saepe subditos Principum delectantes, ad Majestatis similesque compellationes progressos esse meminimus. Potius Jus ipsorum Principum, quod deliberato consilio titulos proprios auctoris datum est, considerationi nostrae tantummodo subjiciemus. Eiusmodi enim auctio ut inter alia ad eum scopum tendit, quod ab omnibus & singulis tum in Imperio, tum extra illud versantibus Magnatibus, assumtus novi tituli honor agrioscatur & comprobetur: ita præjudicium Imperii non leviter saepe attingere videtur; idque est, ad quod etiam in praesens præcipue oculos convertere juvabit.

## Sectio II.

### *De Fundamentis thematis nostri generalibus.*

S. I.

**U**T hinc titulos primarios potissimum accuratiōri submittamus examini, præcedentis sectionis fine monemur. Horum quoque pluribus, parentium multitudinem superbare, neminem fugit, nisi Doctorum, Nobilium, aliorumque Ordines crasse ignorantem. Efflagitat autem latissima politie Imperii natura, ut isti tituli, (quāquam idem quoque jus in secundariis, quod subditos concernit, omnino obrineat,) nonnisi Imperantis Collegii aut personæ expresso vel tacito decreto concurrente, vel primo suscipi, vel ampliari a subditis, quatenus sunt tales, possint. Sane sicut voluntatem Superiorum tacitam hac in materia non nunquam ex circumstantiis, præsertim exinde optime indages, si tituli novi a Cive non clandestino ausu frequentatae usurpationi illi non contradicant, aut aliquem ab aliis incolis, eximiis prædicatis honorari non prohibeant: Ita quoque Magistratus civilis utique est, sapiente consilio providere, ne temeraria titulorum occupatione, tranquillitas pu-

blica , illa Imperantium prima & ultima lex , origoque ac mensura omnis officii jurisque majestatici , primario inter concives , insana vani honoris aviditate sæpe nimium corruptos , infortunata turbetur ambitione . Quare comple-xum jurium , Moderatoribus Populorum vi summi ipsorum officii competentium , quem sub Majestatici juris nomine modo innuimus , etiam potestatem , existimationem subditorum , adeoque & ejus signa titulos definiendi , certissimè involvere , scriptorum politicorum auctoritate non male traditur . Conf. hanc in rem *Editum de dato Uratislavie d. 9. Februar. 1684.* S. Cæsareæ Majestatis jussu , de Silesiæ Statibus & Landsassis vulgatum , Ferdinandique III. mandata vigori pristino restituens , ubi inter alia legere est : Weiln Seine Majestät / daß etliche in dero Herzogthum Schlesien würtlich angesessene Standes-Personen sich unterstünden / neue prædicata und Stand / ohne dero / als Königs zu Böhmen und obersten Herzogs in Schlesien / approbation und intimation , zu führen / auch bey denen expeditionen also respektirt und gehalten würden / um übler consequenz und confusion willen / zu zulassen wichtiges Bedencken trügen / daß solches wol ad notam genommen / und von dem Königl. Ober-Amble aus / seinem / ehe und bevor dero Königl. ratification und intimation erfolgte / einiger neuer Titul oder prædicat gegeben / auch denen andern instantien / sich also zu verhalten / untersagt werden solle ; dann ic. rescribirt und anbefohlen haben / die eingeschlichene Missbräuche und novitaten / daß etliche von denen Landsassen / welche von Thro Kaiser- und Königl. Majestät Reichs-Cantley aus / das diploma des Grafen- oder Freyherrn-Standes erhalten / kein anders prædicat / als Reichs-Gräflichen oder Reichs-Freyherrlichen Gnaden annehmen wolten / auch von theils zuzeiten die pronomina Wir / Uns ic. ic. gebraucht würden / weiln derley Vorhaben / beson-

ders

ders in dero Erb-Königreich und Landen / wieder alles Herrenmen und Landtliche alte observanz , auch im Reiche selbsten / die uralten Geschlechter von Grafen und Herren vergleichn Titul nicht annehmen / noch begehrten / abzuschaffen / solche keineswegs einführen zu lassen / sondern / da der gleichen was ein- oder andern Orts auch ex errore wäre vorgangen / alsbald zu ändern / und bey allen Aemtern ernstlich zu inhibitiren / so wol ins künftige auf alle derley Neuerungen / welche dero hohen Landes-Fürstl. Hoheit und hergebrachten observanz præjudicirlich seyn möchten / absonderlich fleissige Obacht haben zu lassen / auch die genauere Beobachtung dessen bey denen Fiscalen im Lande gemässen zu versügen ; über dieses dergleichen Verbot de dato Wien den 18. Julii 1663. wider diejenigen im Lande angesessenen Einwohner / welche sich neue prædicaten und Stand ohne allergnädigste Kaiserl. approbation anzunehmen und zu führen unterständen / wiederholet / und dabenebenst allernädigst statuirt worden / daß alle dergleichen usurpatores , welche nicht von Thro Majestät / als König zu Böhmen / hierüber gnädigst privilegiert / und die in solchem Fall von dero Königl. Böhmischen Hof-Canzley ergehende gewöhnliche intimationes , dem Herkommen nach / ordentlich publiciren lassen / ( wodurch Sie zugleich auch die / so etwan von denen Comitibus Palatinis , als welche ohne dies in dero Erb-Königreich Böhmi und dessen incorporirten Landen / von keinem Effect wären / mit gewissen prædicatis und Wapen begabet worden / verstanden haben wolten / ) weder von dero Königl. Ober-Ambte / noch einig anderer expedition darfür gehalten / respectirt oder titulirt werden solten : und würde dero Fiscalis wieder dergleichen Freveler de easu in casum gehörigen zu verfahren wissen &c.

## S. II.

*Contra Imperans utiq; potest facultate, suo regimini addi-*

Etis, & sui reverentiam, & illud insuper lege lata incusandi, ut  
hi testimonium luculentum suæ devotionis, qua ipsi merito  
sunt devincti, novo titulo eundem colendo, exhibeant.  
Quantumvis enim ambitiosa titulorum variatio, vel ipsis  
Imperantibus aridens, nec rectæ prudentiæ normæ, nec  
naturalium legum æquitati consentiat; aliquando tamen  
concingit, ut Reipublicæ cujusdam Caput, propter al-  
tius progressam suam potentiam, ac ob vicinorum (qui forte  
illi dignitate æquales, aut ipso inferiores haec tenus fuerant,) cu-  
mulative titulis utentium nova molimina, ad stipulante justitia,  
nec violato prudentiæ decorique jure, quaerere quasi oport-  
teat, tum, quod præcipuum est, inter exterios Imperantes  
aliquam præcedentiam, tum quoque, quod inde consequi-  
tur, titulorum adjectiones. His ergo similibusque rationi-  
bus motus absolutus Monarcha, jus hocce augendi proprios  
titulos, ob libertatem suam legibus haud constictam, uti-  
litatem tamen civilem procynosura agnoscetem, quando-  
cunque eidem lubet, non male exercet; vid. omnino Bodin.  
de Republ. lib. 2. c. 3. it. l. I. c. 9. Hippolyth. à Lapid. p. 1. cap. 16.  
Henning. ad Becker. Synops. jur. publ. lib. 1. c. 21. p. 38. Et post  
eos, superius commendatum Scriptum vom Bestand der Würde  
und Erone des Königreichs Preussen p. 5. At vero intra can-  
cellos certos coarctata Principis potestate, illi citra consen-  
sum consultationesve prævias eorum, quorum vel vota de-  
cisiva vel consilia, publicorum negotiorum tractationi adhi-  
benda veniunt, nil ejusmodi titulorum innovationem atti-  
nens permisum est; licet de eadem innovatione ne legibus  
quidem fundamentalibus clare convenerit, ut nonnulli Pro-  
ceribus Reipublicæ populo love universo decernentibus, aut  
in consilium vocatis, ritè procedat. Cujus rei ratio haud  
obscura est, quod scilicet limitata Majestas fines suos transi-  
liendi anlam facile arripere possit, acceptis titulis sese extol-  
lentis dignitatis, imo forte potestatis latioris notis. Quid?  
quod

quod coruscans ille fulgor, qui titulorum eminentiae jungitur, vel ipsam antiquam Imperii formam, vel minimum modum id administrandi solitum, aut subitaneo aestu, aut sensim pedemque invertere utique sit idoneus.

## S. III.

Nontamen Edicto ad Civium turbas directo obligantur Imperantes extranei, ut novum titulum illi largiantur, qui hunc intrationes suas sibi imposuit: Nullius enim Populorum Rectoris placita ultra ipsius territori terminos vim quandam sortiri in aprico est. Quare ad alia fundamenta configiendum, ob quae pro Rege aut pro Duce &c. à subditis suis habitus, etiam ab Imperantibus aliis eandem denominationem jure prætendat. Scilicet immoto juris naturalis dictamine nititur, illud & cuilibet sano peccatori inscriptum, & à Paulo, vividi Ingenij Cto, in l. 2. §. 5. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc. att. repetitum dictum, non esse iniuste aut invidè ei refragandum, quod nobis nullum damnum, aliis vero emolumenta procreare valet. Unde certa elicias consequentia, si aliarum rerumpubl. gubernacula tenentium nil aut non multum intersit, illustriore titulo hunc aut istum esse ornatum, vel sancta humanitatis lege illos devinctos esse, ne istius honoris initii vehementer obnitantur affectu. Ordinariè autem akerius amplior titulatura, si nil, nisi præcedentiæ alicujus novitatem Comitem necessariam postulet, alteri non multum præjudicat. Quemadmodum enim sapienti naturalium jurium aestimatori minime excusabitur, qui ob levem præcedentiæ propriæ jacturam, infelicissima semina discordiæ, primario inter vicinos nascituræ, spargere non erubescit: ita vix ac ne vix quidem summus aliquis Magistratus, nisi forte alias potentia superet, titulum præcedentiæ cuidam, qua antea caruit, sociandum sectari sataget. At vero sagaci contemplatione res morales trutinanti perspicuum est, potentia amplitudine inter alios caput efferenti, præcedentiam vel ultro esse concedendam à minorum virium Imperantibus.

## S. IV.

Hujus naturalis obligationis quamvis omnino non exigua

fit virtus, cum tamen illa non semper altas egerit radices in legibus solutæ potestatis Principibus, gentium vero ludibrium nequaquam effugere possit, à solis subditis, non verò ab aliis, inter Reges, Duces &c. relatus; ideo ad evitandas dissensionum, imo altercationum, ad bella progeneranda, his circumstantiis præsentibus, sat aptarum, molestias, non equidem obligationis simpliciter stringentis, attamen providæ prudentiæ eit, propositum titulos augendi, antequam in effectum deducatur, aliis, præsertim clarioris potentiae atq; famæ Magnatibus, amicè exponere, eorumq; calculum, grande id factū probaturum, humanter requirere. Sane non modo per fas & æquum, ut præmissa docent, exteri Principes honesto isti desiderio non difficerter ahuere tenentur, sed etiam, qui tali prævio aliorum affenfutus, deinde animo conceptam sententiam maturè exequitur, non potest non applausus congratulantium novum decus, postea experiri, vel etiam ob vim consensus antecedentis non in justè poscere.

## §. V.

Inanis curæ labor foret, specialius jam enarrare, qua ratione diversæ Rerum publ. formæ, Imperantes circa hocce titulorum incrementum versari jubeant. Quicunque enim ad distinctam illarum formatum notitiam pervenit, nulla Doctoris manuductione adjutus, principia generalia ad speciales theses hac etiam in parte solide accommodabit. Ergo & Præses Reipubl. cum aliis nexu foederis arctiore cohærentis, sive in Civitatum systemate (quod doctiores rerum politicarum scrutatores vocare amant,) existentis, quando is consilium novæ titulorum suspicionis capit, necessum non habet, ut potius de consensu sibi unitarum Civitatum, ac de exploranda mente isto pacto non sociatarum sit sollicitus: si quidem systematis Civitatum Conjunctionem id nequaquam turbat, quod forte in ipso unus Imperans reliquos dignitate externaque pompa præcellat. Aliud tamen merito pronuncies, si vel contractui fundamentali, quo tale sistema conneßitur, illa quoque lex expresse aut tacite sit inserta, ne singulis Rebus publ. aut earum Directoribus, absque focial-

sociarum Civitatum præscitu, ad novos titulos aditus pateat, vel earum fœdere alia quipiam ratione jus hocce titulos mutandi inveniatur restrictum. Nec peculiaribus observationibus locum relinquit mixtura ex Civitatum systemate, Monarchia, Aristocracia &c. Quandoquidem exacte perscrutatus earum formarum qualitatem, indeq; probè intelligens, quatenus vel una vel omnes in alterando jure, quod jam delineamus, operari valeat, omne punctum in præsente etiam negotio feret.

## S. VI.

Porro feudalis quidem Vasalli obligatio eum necessario non detrudit inter subditos Domini directi; & sunt præterea feuda quædā ad plebejorū sortem redacta, ad quæ adeo nostrum thema raro aut nunquam exporrigitur: Cum tamen & in Imperio Romano-Germanico & alibi feudorum Nobilium, imo Regalium, non incognita sit Conditio, quæ olim à dignitate potestateque possessoris, insignes titulos traxerunt, & hodie, utut suos possessores nobilitate aut charactere denominationi suæ congruo non semper condecorent, conf. *Tit. Jur. Feud. German. c. 5.* §. 68. seqq: non proletaria tamen jura in ipsos derivant, eaque propter ratissime alicui investituræ interventu tribuuntur, cui non respondens ditionum prædicato dignitas aut jam est, aut de novo confertur; (Feuda enim, præsertim regalia Imperii, nascientes, de honoris personalis ornamentis, una cum jurib' in territorio feudali exercendis, creberrimè inféudantur;) ideo quid juris sit, Vasallo splendidiore titulu, ratione feudi, sub alia qualitate antea possessi, sibi comparatu, nunc etiam dispiciendum. Verum & manifestum est, quæ definitione hanc etiam de re sit statuendum: Cūm enim feudi ut qualitas, ita & appellatio, à feudali contractu inter Dominum directum Vasallumque celebrato, & ad hunc se referentibus investituræ literis, solitarie determinetur; quomodo, quæso, Vasallo absque præjudicio istius investituræ adeoque ipsius directi Domini, ad tituli novam magnitudinem, saltem per consequentiam feudum affidentem, potior specie, ac ad ejus alienationem oppignorationemque, sine

consensu Domini omnino prohibitam, progreedi licet? conf. 2. Feud. 52.  
 § 55. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 13. Ergo Vasallus consensum Domini lau-  
 dati ad talem titulaturam, non quidem ideo, quod ipsum subiectus colat,  
 sed vi conventionis obligationisq; feudal is exorare opus habet. Quo sen-  
 su quoq; non male accipias S. Cæl. Majestatis nomine emissum, atq; super-  
 ius jam recentium Edictum, quo Silesiæ Statibus & Landsassiis, quos in-  
 ter utiq; sunt Cæsarei Vasalli, injusta titulorum recentium usurpatio se-  
 vere interdictur.

## §. VII.

Coronidis quasi loco hanc Sectionem obsignent jura cumulandorum  
 titulorum secundariorum. Hos in personis demissum subditorum statum  
 non egressis, semota eorum, quos penes Imperium est, vel expressa vel ta-  
 cita voluntate, nullum incrementum sumere posse, jam supra edocuimus.  
 Quod vero aliis dominantes, Vasallique in quodam dignitatis potesta-  
 tisque vertice locati, non rogato aliorum assensu, nisi forte ob alicujus  
 Reipubl. formam ad ejusmodi negotia jure requirendo, titulos secun-  
 darios novos, hand transformatis primariis, (id quod ante omnia atten-  
 das,) liberrimè sibi vendicent, vel ideo anxius non haeres, quod par-  
 tum ius mediantibus antiqua feudi facies in aliam non convertatur, par-  
 tum Imperans tale quid aggrediens, nil ultra obsequentem Civium ve-  
 nerationem, majore titulo ipsum postea prosecuturam, exigat. Non  
 enim latet consuetudinum aulicarum gnares, Imperantes raro eandem  
 titulaturam secundariam sibi invicem dare, qua à sua iussa audientibus  
 extolluntur. Nec forte hac in terra clavum regiminis tenens, alibi eun-  
 dem gerentem, legum vinculis constringere potis est, vel ad minimam  
 prædicatorum accessionem sibi indulgendarum: id, quod de primariis  
 titulis supra exposita evincunt; unde tamen etiam colligas, quibus ex-  
 fontibus hac quoque in parte obligatio, qua Imperiorum habenas fle-  
 ctentes aliis sibi æqualibus tenentur, promanet. Licit autem pari ra-  
 tione Principum placita de titulis secundariis innovandis, mandataque  
 de iis frequentandis scripta, ad populos aliena sceptrâ patientes minime  
 spectent; Cum tamen extranei cives fere nunquam, nisi beneficii gra-  
 tizq; alicuj<sup>o</sup> comoda obtenturi, Dominos alias ditionis accedant, non ar-  
 duus est operis, iisdē via indirecta in territorio quocunq; consuetos titulos  
 injungere, siquidem insolitorū tenuitate usi vix ac ne vix quidem faven-  
 tes patulasque aures sunt reperturi. Imo singulorum, qui inter homines  
 rerum potiuntur, titulos ab eorum Majestatem adorantibus, etiam privati  
 exterior tantum non semper expetunt. Illud nihilominus circumspecta  
 erit prudentiz, secundarios titulos solos, ultra primariorum decus tem-  
 porumq; stylum non nimis amplificare, atq; ita vastæ arrogantz notam  
 effugere, aliorumque sepe non innoxium livorem caute declinare.

Sel.

## Sectio III.

### *Tractans Praemissorum Applicationem ad S. R. I. Principes.*

#### §. I.

**S**I formam S. R. Imperii antiquam memori recolamus mente, non negandum est, Germanicos Principes nullam olim exhilarasse facultatem, ad titulos eximios, sive primarios, sive secundarios, motu proprio, & absque indulgentissimo Imperatoris permisso, terrarum Imperii intuitu enitendi. Sicut enim Reservati Imperiorum nomine etiamnum salutatur jus disponendi de dignitatibus, inter Germanos eorumque regimen venerantes valituris, conf. inter alios Schröder. *Introd. ad Jus publ. part. Spec. sect. 1. c. 7.* ita hinc egregio omnino argumento deducas. majorum nostrorum ætate, istam Cæsaris potestatem latius, ac hodie fieri assolet, se extendisse, ipsorumq; Principum quoscunq; honores fuisse moderatam; maximè cùm & illi, si non tanquam merè subditi monarchici, attamen tanquam Proceres Reipublicæ, ex multis invicem formis monarchia præcipue imbutæ, Majestatem Imperoriam reverente submissione dignari quondam obligarentur. Quin hodieque instituta tum Nobilium immediatorum, tum minorum statuum, à quibus reliquias subjectionis, antehac Summo Imperii Principi debitæ, servari contigit, hujus veteris potestatis certissima vestigia luculenter demonstrant. Hos inter enim non tantum nonnulli Civitatum Imperialium Magistratus, titulos suos secundarios auge-

D

scentes à Cæsarea Clementia derivant, sed & Ferdinandi III. Privilegio, Anno 1654. de Nobilibus immediatis cautum est, daß die freye unmittelbare Ritterschafft im Lande zu Schwaben / Francken und Rheinstrom / auch des Bezircks im Unter-Elsas / als jedes Corpus. Bierzel / Ritter-Ort und Bezircke erbetene Directores , Hauptleute / Räthe und Ausschuz / mit dem Prædicat Wolgebohren und Edel/ihre Mitglieder aber/ welche nicht Herrenstandes sind / auch alle diejenige / so sich bey ihnen gebührend angeben/ und mit ihrer Erlaubnüs / als tüchtige Mitglieder erkannt/ und ordentlich aufgenommen werden/ auch ihren hergebrachten statutis sich/wie billig/ gewiß/ bezeugen/ mit dem Titul Edel/die aber Herrenstandes sind / Wolgebohren/ Allergnädigst begabt und versehen seyn sollen. *Vid. Limn.*  
*ad A. B. procem. Obs. 24.*

## §. II.

Nec exiguum Throni Imperatorii æstimium, inter Imperantes, Imperii Romano-Germanici Optimatibus non adscriptos, olim viguit. Quod enim Henricus IV. Anno 1086. Wratislaum Justum, Bohemiæ; Fridericus I. Vladislaum II. ejusdem regni; Lotharius Magnum, aut Fridericus I. Petrum. Daniæ; Otto III Boleslaum I. Poloniæ Reges creaverint, de quo historiarum posteritati reliquarum paginæ abunde testantur, *Vid. Goldast. Tom. 2. der Reichs-Satungen/pag. 9. 13. 14. Limn. lib. 2. cap. 9. n. 9. Choppin. de Doman. Franc. lib. 3. t. 26. n. 5 Ott. Frising. l. 2. de Reb. Gest. Friderici I. c. 5. jung. Helmold. Chron. Slav. c. 50. Et 91. Kranz. Sax. p. 195. Sagittar. Nucl. Hist. German. S. 115. Crom. l. 3. Histor. Pol. Spreng. 1. c. 8. pr. conf. tamen Conring. de Finib. Imper. c. 18. add. Disp. Ludovici de Aupsic.*

*spic. Reg. integro c. 2.* ejus rei causas recte asseveres, famam magnitudinis potentiaeque Imperii Romani, ad Germanos translatam, ab hisque sancte custoditam, ac inde propullulantes exterarum gentium cultus, Patriae nostrae libenter exhibitos. Nam utique non solum plures populi peregrini, suo modo Imperio Germanico addicti quondam erant, provinciarumque Germanicarum jure utebantur, potentibus veterum Heroum armis coerciti, conf. in primis de Slavis agentem Coccej. *Prud. Jur. publ. Sect. 4. S. 53 seqq. potissimum S. 58.*; sed etiam ab omnibus, coruscans Imperatorii Scéptri fulgor. alia terrarum spatia longo post se relinquens intervallo, deprehendebatur. Ex qua ipsa sedula Germanorum præstantiae contemplatione non poterat non prono quasi alveo profluere, vel opinio, Imperatori etiam circa exterorum ipsi non parentium dignitatem, uberrimum jus largiens, atque eum pro solo Regi, Ducali &c. tituli auctore venditans; vel saltem non vanalententia, quod de potentissimi istius Regis consensu ante omnia securos esse deceat, ad majorés titulos provocaturos, si non solitariè à Civibus suis, sed ab aliis quoque Imperantibus, pro talibus haberi cuperent, quales se gerere intendebant. *Add. omnino Vultej. de Feud. I. i. c. 4. S. cœ. serum penult.* ubi dignitates Vasallorum majores, nonnisi Civibus Romanis competere, & alias etiam dici solere refert, quod omnes omnino dignitates sint ab Imperatore Romano, tanquam à suo fonte & principio, *allegatis simul Alvarott. Et Schurff.* non etiam ab aliis Regibus extra Imperium Romanum, ut maxime superiorem non recognoscant: Quibus insuper postea subnedit *Jctus ille*, quod in Imperio Romano primitus fecit Imperator in hisce dignitatibus constituendis, id postea secutos esse alios extra idem Imperium.

## §. III.

Verum hodie aliam est cernere Imperii faciem , in quam postquam sensim pro temporum vicissitudinibus transiit,nunc illa legum publicarum,in primis superius ex Pace Westphalicâ Capitulationeque Leopoldina allatorum articulorum fide (vid. Instrum. Pac. Osnabr. d. art. 8. §. 1. 2. & Capit. Leopold. d. art. 3. ) satis reperitur confirmata. Scilicet Status Imperii descriptio , sectionis prima & pho 2 do inserta, ex parte edocet , quod singuli Status adeoque & Principes , proprio Superioritatis territorialis jure , peculiariumque Imperantium more , ditiones suas teneant , atque communicatis cum Imperatore suffragiis decisivis (cum omnes Ordines etiam in unum Imperii corpus coëant,) de negotiis salutem Imperii tangentibus decernant; ad liberrimum tamen Cæsarî arbitrium , sententiarum suarum in Comitiis vincentium approbationem referant , imo eidem totique Constatuum Universitati tum feudali nexus devinciantur,tum certa ratione tanquam subditi subjiciantur , & ideo supremorum Imperii Tribunalium Jurisdictioni, litium suarum examen neutig, quam subtrahere audeant.

## §. IV.

Ergo absque fluctuantis animi hæsitatione de Principiis saepius memoratis adstruas, quod illi , vi superioritatis territorialis , & quidem , prout forma Reipublicæ ipsorum regimini concorditæ , monarchicam, aut aristocraticam , aliamve speciem præ se fert, modo ex mero beneplacito proprio, modo Statibus provincialibus prius auditis, titulos secundarios , intuitu territorialium Imperii an-

rū antea usitatos, in maiores convertere, subditisque suis,  
 ut isti conversioni morem gerant, mandata dare pes-  
 fint. Erunt tamen interioris Prudentiae recessus, tale  
 quid ad orientibus exactius perquirendi, ne vel Constatutus  
 extraneosque, in lividam alicujus se explicantis fastus su-  
 spicionem adduci patientur; vel ab usu loquendi probato,  
 harmoniamque secundariorum & primariorum titulo-  
 rum cum definito, tum efflagitante, nimius contingat  
 secessus; vel etiam alicui sit delestationi, arripere ti-  
 tulos splendidiori officiorum dignitati, quam Principum  
 est, proprios, adeoque secundum vulgarem persuationem  
 eidem copulatos, & ita primariorum titulorum naturam  
 quodammodo induentes. Profecto enim primarios titu-  
 los, vel professo studio, vel sub involucre secundario-  
 rum, nisi Imperatori Imperioque ferantur accepti, ratio-  
 ne regionum ab hoc & illo dependentium, à singulis Prin-  
 cipibus invadī, negat Constitutio Imperii systematica,  
 quā cohærentes Status, secundum dignitatum tum nuda-  
 rum, tum officiis implicitarum differentias, in certa Colle-  
 gia discedunt, ac maxime discrepantibus censentur juri-  
 bus. Quin etiam id recte fieri negat, & Vasallorum Imperii  
 circumscripta potestas, & prædicta subiectio, qua singuli  
 Status Imperatori Constatuumque Corpori adhuc sub-  
 sunt. Cave tamen, ne sub hujus subjectionis prætextu,  
 laudabile Superioritatis territorialis modo propugnatum  
 exercitum, novam secundariorum titulorum suscep-  
 tionem moliens, impediri posse opineris; siquidem d. art. 8.  
 §. i. Instr. Pac Osnabr. emphaticè enunciatur, omnes & fin-  
 gulos Electores, Princes & Status, in libero Juris territo-  
 rialis, tam in ecclesiasticis, quam politicis exercitio, ita sta-  
 bilitos firmatosque esse debere, ut à nullo unquam, sub quo-

cunque prætextu, de facto turbari possint vel debe-  
nt.

## S. V.

Quanquam autem ita haut dubii sentiamus, Princi-  
pum Germanorum titulos primarios ratione terrarum  
Imperii in sublime surgentes, ab Imperatore Imperioque  
merito esse arcessendos; id tamen de titulis illis tantum-  
modo volumus intelligi, quorum receptioni aliquod  
Imperii præjudicium alligatum ostendi potest. Ex Reser-  
vato enim dignitates conferendi liquidissimè demonstres,  
quod Imperatori utique sit integrum. Principem quen-  
dam ad digniora officia, recentem titulum desiderantia,  
unde nihil præjudicij Imperio inaminet, irrequisitis Statu-  
bus, evehere, utut vel eo ipso nonnullos Status quā præ-  
cedentiam transfiliat, qui antea iisdem cessit. Certe id ex-  
inde etiam evidentius evincas, quod non modo nemini  
præter Imperatorem, lites præcedentiae inter S. R. I.  
Ordines agitatas conciliare deceat, *vid. Rec. Imp. de ann.*  
*1500. tit. Wie die Irrung der Session/ 52. it. de ann. 1594.*  
*§. 124. junct. Rec. Imp. d. ann. 1576. §. 112. § 113. Illustr. Dn.*  
*Rhet. Insti. jur. publ. lib. I. tit. 4. §. 63. in fin. Verum*  
*quoque notissimus ac plus vice simplici ex Instrum. Pac.*  
*Osnabr. citatus spibus Gaudeant, quando Status in commu-*  
*nionem consultationum imperialium plenissime adsciscit,*  
*solorum negotiorum Imperii mentionem injiciat; qualia*  
*inter negotia ut alia computemus, nisi in præjudicium*  
*Imperii, (rarius ob præcedentiam singulorum Statuum*  
*certo modo compositam laedendi,) erumpere prona;*  
*omnino prohibet Comitialium laborum prudenter præ-*  
*fixus scopus, cui vix ac ne vix quidem congruum erit, ipsos*  
*levioris momenti causis impendi. His tamen ex rationi-*  
*bus*

bus sponte sua sequitur, arbitrium totius Imperii nihilominus exposcere, tum prærogativam inter Status disceptatam, tum ei involutos titulos; si vel iis intervenientibus, damno quodam affligi res Imperii valeant, vel membra ejusdem, in confortium potestatis de quadam dignitate officioq; pronunciandi, consentiente Imperatore, jam semel admissi fuerint; quod posterius exemplo Octavi Electoratus, in *Instr Pac. Osnabr.* art. 4. §. 5. unanimi Imperatoris Imperiique voluntate constituti, declarare, ac inde Noni Electoratus privilegia infringere nonnulli satagunt. Sed hanc quidem controversiam, omnis privatæ, ideoque & nostræ decisionis cancellos transcendentem, neutquam facimus nostram.

## S. VI.

Hactenus de Territoriis Imperii commentati, nunc ad externa pedem proferimus. Talia si sint Principi Imperii, ei, cum lubet, licet, ipsorum intuitu, dignitates titulosque suos, magis spectandos reddere; non male neglecto, si Prudentiam seponas, Imperatoris Imperiique nutu, utpote quorum tum abest, nobis maxime hisce in meditationibus, secundum *sectionis. prime Spbūm 8vum*, perpendendum præjudicium, quatenus nempe illud per leges natura promulgatas impræsentiarum attendi meretur. Quod tamen ejusmodi Principem, vires suas sedula curâ eò intendere jura eadem naturalia hortentur, ne vel in tertii cujusdam præjudicium, titulos novando aliquid conetur, sed ut in primis exteræ suæ provinciæ Proceres populum ve in suas partes, tali negotio fe accingens, trahat, si plenitudine Monarchiæ ibidem forte destituatur, id ne ulla quidem ob nostrata principia eget discussione.

## S. VII.

## § VII.

Eadem plane potestate potitur Imperii Princeps, ad clariores titulos ratione Regionum Exemtarum adspirans, quatenus illæ scilicet sanæ rationis dictamini convenienter, præcipue post explicitam aut tacitam Imperii permissionem, ab ejusdem finibus sunt avulsaæ. Nam cum haec ratione exemptæ plagaæ, Imperatore Statibusque non renitentibus, respectu illorum jura peregrinitatis revera acquisiverint, adeoque Germanorum in ipsas antea superstites prætenções legitime fuerint extinctæ; Quidni plena Alienigenis Imperiique Principibus esset copia, eodem modo circa eas, ac circa reliquas externi orbis partes, etiam in nostri thematis materiâ procedendi? Nec Reductionem amissarum terrarum, tum Cæsari, tum Statibus incumbentem, nobis adversari tibi blandiaris: Hæc enim, prouti intra varios conclusa est limites, non debet non intactos saltem linquere Telluris tractus, citra ullius injuriam, primario volente aut non resistente Imperio, ab ipso abstractos. *Conf. Maurit. ad Capit. Leopold. art. 12.* ubi inter alia, lucidum illud, dum viveret, Cameræ Imperialis Sidus, ut intelligamus, inquit, utrum jure vel injuria tot provinciæ sint ab Imperio avulsaæ, experiendi sunt tituli, quibus illæ ab aliis hodie possidentur: Alienim nituntur donationibus Imperatorum, alii emtionis titulo, alii præscriptione, alii jure belli, alii transactione, alii titulo pro dero- lito,

## §. IIX.

Sicut autem Principes, Principatum alienorum, nec injuste exētorum possessores, Jure Majestatico, quo in eos independenter ab Imperatore, Imperio aliisque prædicti

diti sunt, firmissimè nixi, illorum ratione hoc dilatando. ruim titulorum dignitatumque epus pro lubitu perficiunt, ceu ex Sectionis antecedentis thesibus colligere est: Ita nec ipsa, credimus, Sacratissimi Cæsaris Divina Virtus feret, potestate renunciandi gentium aliarum Regnatores in Reges, Duces &c. se donaturum, atque ita aliquod instar Imperii, extra Romano-Germanicæ ditionis terminos, sibi adjecturum. Res enim jamdudum confecta est, quod vulgarem fabulam, quæ forsan olim mortalium insedit peccatoribus, Majestaticorum Jurium accuratior enucleatio antiquaverit, utpote quæ extra omnem dubitationis aleam posuit, Imperanti, Civitate Imperii carenti, quando ad dignitatem Regalem similemque appetitu quodam agitur, idem jus esse, quod Imperatori intra Imperium alibiique collatum fuit.

## §. IX.


Haec quidem, quæ tradita sunt, fas & jura sinunt. Verum enim vero Prudentiae Arcana in subsidium si vocemus, sane Imperii Principi, ratione territoriorum, vel nunquam Imperii compage comprehensorum, vel aliquando illi electorum, titulis nondum adhibitis se conditoratu, plurimum conducet, ante omnia ab Imperatore Constatibusque, quin saepissime etiam ab aliis, faventem magnanimi istius Consilii approbationem elicere. Sic enim facillimè suffocabuntur molestiores Honoris recentis contradictiones, ejusque agnoscendi pernegationes, quas maximè, consumato Regiæ similisque Inaugurationis actu, & pertinaciæ & fastidii plenissimas esse, satis habemus compertum. Immo hæc ratione optimè quis elabetur funestis de præcedentia Contentionibus, quando ipsam forte, si non in publicis Imperii Confessibus, attamen

men alibi, ultra alios transferri, ratio novae dignitatis impellit. Certè quod nec Cæsar, nec Ordines, rem hanc difficultatibus innodare, remorasque injicere ei jure possint, quod vel nullo ipsorum præjudicio est stipatum, vel tantum ingentis potentiae Principem, quoad præcedentiam præ infirmioribus promovet, id ex Superioribus latius hic prosequi, crambenbis costam verentes, lubenter supersedemus.

## §. X.

Sed manum de tabula; præsertim, cum THRONI BORUSSICI, effluxo anno sapientissime firmati, justam Majestatem, ita reddidissemus manifestam, nisi Regius ejus Nitor non modo venerabunda subditorum corda, sed & universi mundi oculos jam sat abunde feriret. Quare nonnisi supplices fundimus preces pro BORUSSICI SCEPTRI (quod haftenus in Imperio, & extra illud, à quam plurimis solennia vota jungere certantibus, agnitus fuit,) æternatura gloria. Servet illud & protegat, in decus & tutamen Populorum, REX REGUM! nam ab ipso in REGIS PII, STRENUI, GLORIOSI, fortissimam Dextram, cœlo demissum est. Inconcussum persistat SOLIUM novum, ad seram usque REGII SANGUINIS posteritatem! Traxet REX Regni habendas innumeris annis, ad diurnam subditorum incolumitatem, nec unquam interruptu melioris orbis gaudium! Et utique MAXIMUS PRINCEPS felix regnabit; nam EIDEM Gloria DEI, subditorum salus, aqua Justitia imperat, illisque adeo tanquam validissimis fulcris REGALIS stabilitur SEDES.

Con-



## Conseptarium I.

Prodigiosam temeritatem sapiunt Praesulis Romani Literae de dato Romae d. 16. April. & 14. Maj. ann. 1701. quibus Borussicum Diadema, utpote Serenissimo FRIDERICI Vertici ab ipso non impositum, petulanter oppugnare non erubuit. Profecto Pontifex Maximus, etiamsi visibiles Christi vices tenens, spiritualium Thesaurorum custos foret, tamen non nisi injustum impudentemque manum, ad dispensandas Principum Imperii aliorumque Dignitates admovet. Cum enim potestatem secularem in ipsos privatos, pessima nunquam non usurparet fide, quomodo illustriora jura Imperantium, praeципue eorum, qui heroicis humeros durissimo illius subduxere jugo, (quales sunt, qui Protestantium sacris nomina sua dederunt,) superbissime moderari bene praesumiceret? Unde est, ut tam improba Coronina, praeator homines professioni fidei nostrae adstipulantes, sinceriotes inter Pontificios Principes ac Scriptores jamdudum vehementer fuerint execrati, acrique vindicaverint

E 2

stylo;

stylo; Vid. Marc. Anton. de Domin. de Republ. Eccles. lib. 6 cap. 10. Diploma Friderici II. Imperatoris de Usurpatione &c. Et quod Papa non possit instituere aut destituere Imperatorem, Reges ac Principes, Tom. 1. Constit. Imper. Goldast. p. 306. Constitut. Ludovici IV. exhibit. à Goldasto Tom. II. Constit. Imper. p. 86. Litter. Philippi Galliarum Regis, apud Bodin. l. 1. de Republ. c. 8. verb. init. ibi: Sciat tua maxima fatuitas, nos in temporalibus nemini subesse &c. Receß. Imper. de ann. 1548. pr. ibi: Haben wir aus aufgelegtem Amt / dazu wir vom Allmächtigen Gott (non à Papa) berufen sind; Conf. ab Hermann. Vulsei. l. 1. de feud. c. 4. §. ceterum, penult. allegatos Bald. in cap. 1. de feud. march. &c, qui illum ibi sequitur, Alvarott. it. Zaf. p. 5. Epit. feud. n. 3. Et Ferrar. l. 2. de Feud. cap. 1. docentes, Pontificem potestatem conferendè regalem dignitatem in Ecclesia terris sibi NB. usurpare, in quantum potest. Nec hac à reabludeunt, tum interdicta deferendarum extra Imperium ad Papam Appellationum, tum poenæ ab eorum transgressoribus intrepidè sumitæ, ( nam à pari firmum argumentum necitas, sedem pontificiam, si ejus auctoritas in Jurisdictione & cognitione causa-

causatum, s<sup>æ</sup>p<sup>e</sup> solos privatos concernentium,  
nulla est, nec ratione aliorū Juriū, se recte gere-  
re Imperantibus Superiorēm;) de quibus evolvas  
Ord. Cam. part. 2. tit. 7. sub fin ibi: Aber damit diesel-  
ben aus dem Reichē Tei. tieher Nation nicht glehen/  
jung. p. 3. tit. 51. lt. Seiler. Sent. Cam. de ann. 1512.  
d. 20. Febr. (ubi 100. marcis auri puri aliquem  
multatum esse perhibet, qui à Camerali Senten-  
tia ad Pontificem ausus erat provocare,) & Decree-  
tum Friderici III. de d. 6. Novembr. ann. 1476.  
Episcopo Halberstadiensi, certam omnium Rega-  
lium & privilegiorum ab Imperio derivando-  
rum privationem, durissima comminatione prae-  
dicens, nisi ante lapsum 15. dierum, ab insinuatio-  
ne ejus decreti numerandorum, à frivola ad Cu-  
riam Romanam devoluta appellatione obsequio-  
sus desisteret, ubi inter alia graviter enunciatur:  
Dass dadurch dem Reichē und Kaiserlichen Majes-  
tät seine Obrigkeit und Gerechtigkeit entzogen wür-  
de. Huc etiam omnino referas Maximiliani Edi-  
ctum, wieder des Papsts angemaste Jurisdiction im  
Röm. Reichē apud Goldast. Tom. II. der Reichssatz.  
p. 179. & R. I. de ann. 1654. §. Als sich dann auch /  
&c. 164. Præ cæteris vero ex nostris detexere ta-  
lia Arrogantiae Papalis mysteria Triumviri cla-  
rissimi

rissimi, nempe Hermann. Conring. de Pace Civilis,  
inter Imperii Ordines, religione dissidentes, perpe-  
tuo conservanda, libris duobus, quorum posteriore  
jura & pax Imperii, ab Innocentii X. Papa crimi-  
nationibus vindicantur; Dn. Ludovici in de Au-  
spic. Reg. nunquam sine elogio nominanda dis-  
sertatione integro cap. 4. & eruditissimus Auctor  
des Päbtl. Unfugs wider die Krone Preußen/wel-  
chen Clemens XI. in einem den 16. April. ann. 1701.  
ausgestreuetem irrigem Brevi zu Verkleinerung al-  
ler gekrönten Häupter begangen.

## Consecarium II.

Solennia auspiciorum regiorum symbola  
pignoraque ad relationes historicas spectant,  
adeoque extra præsentis disquisitionis pomœria  
constituta sunt: De quibus tamen consulas Job.

Henric. Bæcleri de Auspicio Regio librum ele-  
gantissimum, eumque ann. 1645. Ar-  
gentorati publicatum.

